

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

**Commentatio Academica De Recta Theologiae Parabolicae
& Allegoricae Conformatione**

**Pfaff, Christoph Matthaeus
Christlieb, Wilhelm Bernhard
Rühle, Christian Andreas**

Tubingae, 1729

§. 7.

[urn:nbn:de:bsz:31-41906](#)

- (m) Urget hoc in primis Deus singius in demonstratione allegoriae historicæ V. T. L. 2. §. 58. sqq. itemque p. 48. sqq. uti locum hunc Paulinum prolixè evolvit & id quam maximè urget L. 1. §. 56. p. 46. allegoriam hanc ipsi legi insitam esse, non demùn extrinsecus illi à Paulo affusam, dici enim comm. 21. *Dicite mihi, qui sub lege vultis esse, legem non auditis.* Id quod & contra Joncourtium urget Sal. van Til in libro : tegengift tegen de Adder-steeken van Mr P. de Joncourt. C. 4. §. 10. p. 75.
- (n) Jam & heic submonere videtur Apostolus, legem istam propter Ministros Evangelii in sensu isto allegorico expresse positam esse. Vide comm. 8. 10.
- (o) Joh. V. 39. ubi verbum ἐργάζεται per ωρὰ explicat Vitringa in Archisynago C. 11. p. 196. Adde, quæ hanc in rem diximus de rectâ theologiae homileticæ conformatio, capitulo 1. notâ 1, p. 3.
- (p) Ita e. g. & huc trahi videoas Eccles. I. 9. 10.

§. 7.

Non verò est, quod hic urgeamus, quæ argumentis hisce opposuit post Spencerum, Clericum, Joncourtium, cel. Barbeyracius (a). I. non sequi, Christum & Apostolos allegoricā ista methodo in explanandis Scripturis V. T. usos esse, ergò & nos eadē uti posse. Scilicet illi beneficio infallibilitatis & θεοπνευστιας hoc fecere, quod nobis haud competit (b). II. Υπόνοι 1. Cor. X. 6. 11. significare exemplum, uti Phil. III. 17. 2. Thess. III. 9. 1. Tim. IV. 12. Tit. II. 7. 1. Pet. V. 3. (c) III. ea, quæ 1. Cor. X. 2. 3. 4. & in ep. ad Hebræos habeantur, meras esse comparationes & allusiones, non figuræ (d). IV. Christum & Apostolos non nisi sobrie & raro ejusmodi comparisonibus allegoricis usos esse, sed dissentientes totum V. T. sic explicandum velle. V. nullibi methodum istam allegoricam in sacris literis præscribi vel regulas illius enarrari. Hinc nullas ejusmodi allegorias admittendas esse, nisi quæ expressè in sacris literis determinentur. VI. Quæcunque in N. T. & maximè in Epistola ad Hebræos habeantur explicationes V. T. allegoricæ, eas saltem καὶ ἀνθρώπον & ad hominem factas esse, quod hæc docendi methodus apud Judæos esset usitata (e). VII. nudas allusiones 1. Cor. V. 7. 8. IX. 9. 10. 2. Cor. VIII. 14. 15. Gal. IV. 22. sqq. reperiri (f). VIII. posita hæc methodo allegoricā Scripturam S. fore pilam versatilem, & quidlibet sic ex quolibet erutum iri, occasionemque sic præberi in eisdem ineptas allegorias incidendi, quas fixxit Origenes, cuius pluras ineptias hic

hic recenset Barbeyracius (g). Eandem in sententiam vidimus alibi (h) differentes Spencerum, Limburgium & Clericum.

- (a) Videatur ipsius Traité de la Morale des Péres de l'Eglise contre le P. Ceillier Ch. 7. p. 94. sqq.
- (b) Jam vero vide, quid heic ajat H. hoc Wittius in econ. fœd. Dei L. 4. C. 7. §. 6. & in Miscell. sacris T. 1. L. 2. diff. 1. §. 2. 3.
- (c) Vide & Clericum ad Hammondum in 1. Cor. X. 6. cuius sententiam adopravit quoque & latius defendit A. A. Sykes in an essay upon the truth of the Christian Religion, uti ex ejusdem Clerici Bibliotheque Ancienne & moderne T. 24. P. 2. p. 341. sqq. patet. Ita & typum in h. l. exemplum faltem denotare existimat Petrus de Joncourt in entretiens sur les différentes methodes d' expliquer l' Ecriture p. 50. Ast figuram certe designat Ebr. VIII. §. IX. 23. 24. 1. Pet. III. 21. monente Sal. van Til in antidoto C. 4. & Jo. Creyghton in de Grondt van de voorbeelden en allegorische verklaringen der H. Schriftuur p. 1. sqq. ubi effatum hoc Paulinum datâ operâ explicatur. Vide tamen & hic Marckium in syll. diff. ad sel. textus N. T. exerc. 17. §. 10. 11. p. 504. sqq.
- (d) Ita & Joncourtius l. c. p. 55. sqq. ino. & Marckius in syll. diff. ad sel. textus N. T. exerc. 17. §. 7. sqq. p. 496. sqq. qui & Glassium consentientem allagat.
- (e) Vide & supra p. 28. 29.
- (f) Vide Chandlerum in the defence of Christianity, in Bibl. Angl. T. 12. P. 2. p. 474. 475. Locus 1 Cor. IX. 9. alii saltem argumentum à minori ad majus continere videtur. Loci Gal. IV. 22. sqq. explicationem allegoricam καὶ ἀθρωπον saltem opposuisse Galatis Judaizantibus ait ad h. l. post Grotium in notis ad Hammondum Clericus, cui jungendus hic est Basnagijs ὄρθρηνθε in Hist. des Juifs L. 3. Ch. 21. §. 5. sqq. p. 571. sqq. ubi prolixè hunc locum sed ita explicat, ut ajat §. 8. p. 576. St. Paul s'adresse à ceux qui vouloient être sous la Loi, & leur parle par allégorie, parce qu'ils étaient accoutuméz à ce genre d'interprétation régi dans la Synagogue. Il leur demande, si ils entendent la Loi, parce que ce type paroîsoit clair à ceux qui suivoient cette méthode & qui avoient déjà tiré d'autres mystères de cette histoire, qui peut en fournir beaucoup. Il n'y a rien de plus ordinaire que de combattre son ennemi par ses propres armes, & de lui faire un de ces arguments qu'on appelle ad hominem. C'étoit là la pensée de Saint Paul, qui se servoit des explications allegoriques contre les Juifs, parce qu'ils y étaient accoutuméz & qu'ils croisoient peut-être en ce tems-là que l'histoire d'Agar en fournoissoit d'excellentes. Calvinus, Beza, Junius ad h. l. putant, nudam assimilationem & accommodationem hic à Paulo proponi, nudam representationem allegoricam beneficio historiæ V. T. factam, uti & Joncourt l. c. p. 112. sqq. ubi hoc oraculum Paulinum & maximè verba ἀπόστολος αληγορεύεται latissimè exponuntur. Vide tamen &c, quid Joncourtio post S. van Til l. c. hic responderit Creyghenus l. c. p. 112. sqq. qui itidem in vindicando illo ibidem prolixissimus est.

Jo.

Jo. Marckius in sylloge diss. ad sel. textus N. T. exerc. 25. ad h. I. §. 11.
¶q. p. 800. sqq. nihil determinat, nisi hoc, ab hoc textu argumentum gene
rale sumi non posse ad alias historias sacras vel ubique vel passim allegorice
interpretandas.

- (g) l. c. §. 14. sqq. p. 100. sqq.
 (h) Vide diss. de rectâ Theologî typicâ conformatione p. 12. sqq. ubi &
 quid ad Col. II. 17. dicat Spencerus, cuius explicationem & Joncourtius l.
 c. p. 54. sqq. adoptavit, diximus. His σκιᾶ, umbra res vana est, ut ita
 cérémonia Leviticæ cum bonis N. T. collatæ mere hic dicantur vanitates.
 Et ita vox σκιᾶς & σώματος usurpatur apud Josephum de bello Judaico L.
 2. C. 4. ubi ita ille de Archelao: ἦν δὲ ἡ Δεσπότης σκιὰν αἰγαλέ
 γοῦ Βασιλέως, ἢς ἡρπαστὸν αὐτῷ ἦν σῶμα. Venit à Cesare petiturus re
 gni umbram, cuius corpus ipsa rapuerat ille. Alii per σκιᾶν & hic & Hebr. X.
 1. tantum repræsentationem eamque rudi saltem penicillo in chartam jactam
 intelligunt. Vide Clericum ad Hammondum ad Col. II. 17. & Sykesium
 apud Clericum l. c. p. 343. Sed typum per σκιᾶν innui prolixè contra dis
 sentientes probat Creyghtonus l. c. p. 57. sqq. cui addendum omnino est
 Gussetiūs in disp. Theol. 4. in ep. ad Hebr. de typis §. 145. f. 484. ubi:
 Umbra sanè denominatio quām typi aptior est. Similitudinem (α) enim
 cum re significatā perinde notans simul insuper connotat (β) dependentiam
 ab eâ, (γ) vilitatem sese prudentem carentiâ (δ) multarum perfectionum,
 naturam in (ε) privatione aliquâ sitam potius quām realem, hinc (ζ)
 inefficacitatem, sed & (η) illationem ab eâ ad existentiam rerum fæderie
 gratiae, prout ex umbrâ infers existere corpus, nuntiat (θ) absentiam lu
 cis, profitetur (ι) fugacitatem per solis accessum. Ita nomen umbræ abun
 dat documentis, quibus vix plura dari possunt. Hæc Gussetiūs.

§. 8.

Nos, qui putamus, in allegoricâ Scripturam sacram explicandi
 ratione & defectum & excessum vitandos esse, qui & oracula illa Bi
 blica I. Cor. X. 1. sqq. Col. II. 16. Hebr. X. 1. jam olim contra eos,
 qui luxuriam frondium cum radice arboris hic excidunt, vindicavimus (a), prorsus existimamus I. dari typos Biblicos, II. dari & al
 legorias reales Biblicas, personis, ritibus, historiis V. T. ex intentio
 ne Spiritûs S. affixas, III. posse & ad analogiam illorum typorum, il
 larum allegoriarum ejusmodi typos, ejusmodi allegorias alibi inveniri,
 sed sobrie, caute, modesto gressu hic incedendum & luxurianti inge
 nio